

quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censes, Auctoritat Nostra Apostolica hisce Litteris te Equitem Ordinis Auratæ Militiæ, a Nobis nuper instaurati et majori splendore aucti, dicimus et remittimus, et equitum aliorum militiæ ejusmodi cæni ac numero inferimus. Quare, ut ejusdem Ordinis Crucem gestare possis, atque utaris, fruaris omnibus et singulis privilegiis, prærogativis, indultis, quibus alii Equites commemoratæ Militiæ utuntur, fruuntur, vel uti, frui possunt ac poterunt, citra tamen facultates sublatas a concilio Tridentino hujus Apostolicæ Sedis Auctoritate confirmato, tibi concedimus et indulgemus : non obstantibus Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut dictum insigne, nempe Crucem Auream octangulam alba superficie imaginem S. Sylvestris PP. in medio referentem, ad pectus tænia serica rubro nigroque distincta colore, extremis oris rubra, appensam ex communi Equitum more in parte vertis sinistra, juxta formam in Nostris similibus Apostolicis Litteris, die xxxi octobris, anno MDCCCXLI, de eodem Ordine editis prescriptam gestare omnino debeas, alioquin ab hujus indulti juribus excidas. Ut autem magis magisque Nostram in te benevolentiam perspicere possis, Crucem ipsam tibi tradi mandamus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xxix martii MDCCCXLII, Pontificatus nostri anno duodecimo.

A. Card. LAMBRUSCHINI.

par l
de M
nom
dre d
et en
cet c
Chev
vous
dre, d
ges, p
tres C
pou
le Cor
Apost
apost
qu'ell
signe
ayant
du So
poitr
sur la
re des
Lettre
concer
driez l
naissie
égard,
vous fu

Don
cheur,
donzièr